

Thomas Lindemann

**Programma Quo Ad Lessum Funebrem Quem Matronae honoratissimae  
Elisabethae Pfeils, Viduus moestissimus Vir ... Theodorus Varmeierus ICtus ...  
coniugi suae melitissimae hodie ... adornatum expetit. Omnes omnium ordinum  
Cives Academicos peramanter invitat**

Rostochi[i]: Pedanus, 1632

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn77576924X>

Druck Freier  Zugang



Lindemann, Th.,

in


**E. Pfeil,**

uxor. Th. Varmeier.


Rostock, 1632.

78 a.









PROGRAMMA

Quo  
Ad Lessum Funebrẽ

Quẽ  
*Matrona honoratissima*

ELISABETHA  
PFEILS,

Viduus moestissimus

*Vir Consultissimus, Clarissimus, Dnus*

THEODORUS VARMEIERUS

Jctus & dicasterij nec non Consistorij

Megapolitani Advocatus & Practicus insignis, con-

jugi suæ mellitissimæ hodie hora media prima in

templo Mariano adornatum ex-

petit.

*Omnes omnium ordinum Cives Academicos*

*peramanter invitat.*

RECTOR

Academiæ Rostochiensis

THOMAS LINDEMANN

D. & Professor.



ROSTOCHI

*Typis JOACHIMI PEDANI Acad. Typ.*

ANNO M, DC, XXXII.

Faint, illegible text, possibly bleed-through from the reverse side of the page.





RECTOR  
Academiae Rostochiensis  
THOMAS LINDEMAN  
J. U. D. & Professor.



UNERA quæ con-  
fertim efferri videmus, ve-  
rum illud Solonis esse te-  
stantur: Singulorum domi-  
cilia esse mortis latibula.  
Quamcunq; enim ingredi-  
mur domum, miseriam hu-  
manam imaginem representans occurrit homo.

*Homo vero nil nisi humus,  
nil nisi lutum scite mixtu m.*

Unde Divus Bernhardus hominis miseriam  
his verbis describit, consideranti tibi quis sis,  
occurreret tibi homo dolens, quod homo sit, e-  
rubescens quod nudus, plorans, quod ex mu-  
liere natus, atq; ita cum reatu, brevi vivens  
tempore, adeoq; cum metu, repletus multis mi-  
serijs atq; ita cum fletu ex vili terræ gleba crea-  
tus, temporis spoliū, fortunæ ludibriū, cala-

A 2 mitatis



mitatis trutina, reliquum pituita & bilis. Unde  
Psaltes hominem vapor, fœno, herbæ, flori  
comparat; quippe cum nullus vapor adeo fla-  
bilis, nulla herba adeo fragilis, nullus flos adeo  
labilis atq; ipse homo. Miseria hæcce homi-  
nis non sub rectis delitescit, sed densatis fune-  
ribus undequaq; se exhibet. Februo DEO hoc  
mense litabatur & lustrationes instituebantur.  
JEHOVA matronarum ordinem hoc novo anno  
lustrare & Februo piamine, ut cum Nasone lo-  
quar, purgare cepit: optimas quasq; sibi dele-  
git & in chorum cœlestem transtulit, & qui-  
dem hæcce seprimana matronis exitialis & e-  
mortalis fuit, quæ triduo præterito tres præ-  
claras matronas uno die 6. nimirum Februarij  
merito à Romanis infausto reputato, extinctas,  
vivas mortalitatis humanæ imagines nobis stitit.  
Quarta hodie easdem sequitur eodem  
cum prioribus die defuncta fœmina lectissima  
*Elisabetha Pfeil* quæ Anno 1594. 14. Augusti  
in hanc lucem edita, parentibus prognata in  
hac urbe honestissimis, Patre *Jacobo Pfeil* cive  
hujus urbis primario, templi Mariani per mul-  
tos annos præfecto fidelissimo: matre, matro-  
na pientissima *Eilichen Dossen*. Viri quondam  
Clarissimi Doctissimi *Dn. Nicolai Dossen*  
Med.

Med. Doct. & Practici experientissimi & cum  
ob eximias animi dotes, tum ob stipendium  
Medicinæ Studiosis liberaliter collatum, omni  
postetitati æternum deprædicandi sorore,  
quæ novem ex se progenitos liberos ordine o-  
mnes præmisit, & acerbè in grandæva senectâ  
jam lugeat. Avum paternum laudavit, *Jacobum*  
*Pfeil* Dn. UDALRICI Ducis Megapolensium in  
castro Cygneo præfectum. Maternum *Joachi-*  
*man* *Dossen* Civem in hac Repub. præclarum.  
Ab hisce Parentibus pie defuncta, primum  
Salvatori suo per lavacrum regenerationis ob-  
lata, à naturæ inhærentibus sordibus eluta &  
purgata, deinceps in pietate educata, omni-  
busq; virtutibus virginalibus decorata, post-  
quam nubiles expleisset annos, primò procum  
Virum Juvenem primarium *Petrum Drevven-*  
*steden* invenit, cui etiam anno 1617. mense Se-  
ptembri matrimonio juncta, sed conjugium  
hocce trimestre tantum gaudium fuit. No-  
vellus enim Maritus in ipso ingressu thalami  
jugalis hygieam adversam est expertus, ejusq;  
inclementiam non nisi morte ipsa expiare po-  
tuit. Vidua inde facta, vix degustatis matri-  
monij delicijs amaritudinibus mixtis, licet ve-  
luti juvenis, de nuptijs sollicitata, illa tamen  
A 3. lugere:

lugere maritum, quam naufragio, ex quo vix  
evaserat, se committere maluit. Donec tan-  
dem Vir Consultissimus Clarissimus *Dn. Theo-*  
*dorus Varmeier*, J Crus & Practicus insignis, &  
ipse conjuge orbatu, viduus *uangelii* nostram,  
utpote ob animi & corporis dotes commenda-  
tissimam ambiret, qui eandem haud difficulter  
exambiit & 27. Novemb. Anno 1621. lecti con-  
sortem sibi sociavit, ex eoq; consortio jucun-  
dissimo & optatissimo illa maritum quatuor  
liberorum parentem fecit, trium filiorum *Ja-*  
*cobi, Theodori Christophori, Antonij Henrici,*  
& unius filiolæ *Elisabethæ*, quorum duo primo-  
geniti, veluti primitiæ conjugales, *Jehovæ* gra-  
tiâ adhuc superstites, posteriores verò per  
mortem primis annis sunt redhibiti. In re-  
liquis liberis superstilibus educandis pie de-  
functa fuit sedula, rei Oeconomicae studiosis-  
sima, mariti sui amantissima, eidem obsequen-  
tissima, adeò ut gloriari potuerit, se privilegio  
Deorum quod *ἀμφιθαλήν ἐρώτα σομην* Plato nomi-  
nabat, verè politum esse, quo per decennium  
integrum magna suavitate fruitus, ante bien-  
nium pie defuncta inter matrimonij felicitates  
varijs adversæ valetudinis insultibus obnoxia  
esse cepit. Tandem insidians ejusdem vitæ se ex-  
seruit

seruit fallax, & mortifera phthisis, qua paulatim  
serpente & vires depascente, lectum conplu-  
res septimanas premere coacta, medicamentis  
morbi violentiam reprimere, ope medicorum  
annisa quidem est sedulo, sed vis morbi na-  
turam vicit. Quod cum praesentisceret, ad a-  
nimæ medicum se convertit, ab eo panchresto  
illo salvifico corporis & sanguinis Christi se re-  
fici & instrui bis curavit, atq; ita animam suam  
benè pastam, probe munitam & undequaq;  
obfirmatam, inter dilectissimi mariti, & alio-  
rum amicorum preces & suspiria creatori suo,  
à quo eam ante annos 37. acceperat, reddidit.  
Dissolutionem hanc, compater honorande,  
merito luges, sed dum paulo post secuturam  
sanctiorem conjunctionem & coalitionem cre-  
dis & speras, dolorem omnem merito excutis,  
& quod mutare opis tuæ non fuit, patienter  
fers. In navi sumus omnes cujus clavum cæle-  
stis ille Palinurus regit. Licet quidem nobis  
per foros & transtra discurrere, sed iste minu-  
tus motus navis cursum haud impedit. Sic li-  
cet voluntates nostræ & querelæ lugubres cur-  
rant, discurrant licet, non minus cursum navis  
fatalis, quam ipsum mare sistunt.

Quin potius ut flumina perpeti & pronocursu

cursu feruntur, ita res humanae per cladium  
canalem ad suam labuntur metam.


Acquiesce itaq; in JEHOVÆ navigatione, qua  
conjux tua deducta est ex fluctibus ad mala-  
ciam, ex tempestuoso mari in portum.

Manes pie defunctæ animæ, à nobis nil nisi  
honestas exequias postulant, quas ut prompto  
animo & condolente lubentia agamus, vidui  
in Academiam ejusq; membra syncerus affectu,  
in primisq; Christiana dilectio à nobis exigit.  
Agite itaq;, cives Academici, hodie ad justorum  
exsolutionem, in templo Mariano ad mediam  
primæ frequentes confluite & exuvias piæ ani-  
mulæ ad dormitorium suum deducite. Insu-  
per non Februo Deastro sed JEHOVÆ. sacrum  
Februum ceulustrationis adornate. Romani  
in isto sacro Deos imperij advocabant. Eosq;  
ut lustro sequenti salvam Remp. servarent &  
omnia mala averruncarent, obtestabantur.

Nos DEUM ipsum verum merito invoca-  
mus ardentibus precibus, is motus periculosos  
compescat, mala imminetia avertat: morbos  
quoq; grassantes mitiget, morientes vero bea-  
to exitu beet P. P. II. Feb. Anno 1632.














Med. Doct. & Practici experien  
 ob eximias animi doctes, tum o  
 Medicinæ Studioſis liberaliter c  
 poſteritati æternum deprædic  
 quæ novem ex ſe progenitos lib  
 mines præmiſit, & acerbè in gra  
 jam luget. Avum paternum laud  
 Pſeu. Dn. UDALRICI Ducis Meg  
 caſtro Cygneo præfectum. Mat  
 mam Doſſen Civem in hac Repu  
 Ab hiſce Parentibus pie defun  
 Salvatori ſuo per lavacrum rege  
 lata, à naturæ inhærentibus ſor  
 purgata, deinceps in pietate ec  
 buſq; virtutibus virginalibus d  
 quam nubileſ expleſſet annos, p  
 Virum Juvenem primarium *Pet*  
*ſteden* invenit, cui etiam anno  
 ptembri matrimonio juncta, ſ  
 hocce trimestre tantum gaudi  
 vellus enim Maritus in ipſo in  
 jugalis hygieam adverſam eſt ex  
 inclementiam non niſi morte i  
 tuit. Vidua inde facta, vix de  
 monij delicijs amaritudinibus n  
 luri juvenis, de nuptijs ſollicit

A 3.



cum  
 lium  
 min  
 ore,  
 e o  
 ectâ  
 bum  
 m in  
 achi  
 um.  
 num  
 sob  
 a &  
 mni  
 poſt  
 cum  
 ven  
 e Se  
 gium  
 No  
 lami  
 usq;  
 e po  
 atri  
 ve  
 men  
 gere